

que ualeat suboriri, a dictis sororibus Sex oras terre prefato cambio superadditas suscepimus, ex quibus quilibet solidus marca argenti recompensatur, Jn hiis vero villis memorate & supererogate sex ore continentur, octo solidi terre in villa Lindabergi in Attundia, vnus solidus Guttarør, Decem denarii villa terwi, vveki duo solidi & Quinque denarii, Jn stauu dimidius quintus solidus, Jn Hatunes dimidia ora, Jn huius igitur rei testimonium adduximus dilectum filium nostrum Johannem, & filiam Jngiburghim, Dominum Jacobum israelis, Dominum Petrum israelis, Ragni stabularium, Pauonem prefectum, Ac multos qui dicto cambio affuerunt, Et ut que facta ac conscripta sunt plene firmitatis optineant munimentum Presentem cartam, Domini Gregorii ac nostro, Domini Jacobi, Domini petri, Sororis nostre Katerine, sigillis fecimus communiri, Actum apud Sietuniam teste me ipso Anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXX<sup>o</sup>-III<sup>o</sup> Jdibus Februarij.

Sigillen N:o 1, 2, 4, 5 borta. N:o 3 skadadt.

573.

1274 d. 6 Mars.

Sanda.

Konung WALDEMARS stadfästelse på Fru MARGARETAS, Herr ALGOTS Hustrus, försäljning af Gullatorp.

B. 3: 43.

W. dei gracia Rex sweorum omnibus presentes litteras inspecturis uel auditoris salutem in omnium saluatore Presenti scripto publice protestamur & aperte quod domina Margareta. vxor dominj algoti coram nobis profitebatur apercius se predium quod possedit in gullathorp ex consensu mariti sui & heredum suorum beneplacito jngulpho villico dominj lincopensis pro XLIII marcis denariorum vendidisse & jdem sibi cum omnibus legum exigenciis. euidenciis assignasse iure perpetuo possidendum Jn cuius facti noticiam ampliorem presentibus litteris sigillum nostrum fecimus adhiberi. Datum sandom Anno dominj Millesimo CC.LXX quarto pridie Nonis Marcij.

574.

1274 d. 15 Apr.

Sko.

CATHARINA THJÄLFVES dotters gåfvobref på gården Wathar vid Wirasund samt fjällen vid gården Husar till Skokloster.

A. 3. b. 1: 5.

Jn nomine dominj sancte & indiuidue trinitatis amen Ego katherina thjæluonis quondam filia sana & incolumis. fragilitatis nichilominus humane

*Sv. Diplom.*

60